

**www.e-rara.ch**

**Catecheses extemporaneae in quinque capita doctrinae christianae**

**Geiger, Mauritius**

**Typis Monasterij S. Galli, 1722**

**Stiftsbibliothek St. Gallen**

Shelf Mark: SGST 13160

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-102646>

Catechesis IV. De luxuria.

---

**www.e-rara.ch**

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

---

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]



## CATECHESIS IV.

## De Luxuria.

## SUMMA QUESTIONUM.

1. Quid est Luxuria?
2. Quinam peccant per luxuriam?
3. Annon est grave Deoque exosum peccatum luxuria?
4. Annon nocivum quodque est peccatum?
5. Quæ sunt remedia contra periculosum hunc morbum?
6. Quæ virtus opponitur luxuriæ?

Q. I.  
Quid est  
luxuria?

Quæstio Prima: Quid est luxuria?

R. Est appetitus inordinatus impure ac libidinose voluptatis. S. Grego. l. 3. 1. moral. c. 31.

Quæ scilicet vi statûs prohibetur; quæ enim inter conjuges fiunt, si ob finem honestum, v. g. liberorum fiunt, &c. licita sunt, honestanturque ipso Matrimonij statu.

Q. II.  
Qui peccant?

Quæstio Secunda: Quinam peccant per luxuriam.

R. Hos vide supra, cap. 3. de decem præceptis, Cat. 7. de sexto præcepto.

Quæ.

Quæstio Tertia : Annon est grave Deoque  
exosum peccatum luxuria ?

R. Est grave peccatum.

Pugnat enim contra sextum præceptum, quo jubetur quilibet possidere vas suum in honore. 1. Thess. 4. v. 4. Et inviolatum custodire Templum Dei, quod sunt corpora nostra. 1. Cor. 6. 3. v. 17. uti dictum supra, cap. 3. v. 7.

Gravis ergo injuria est contra Dei præceptum violare Templum Dei, &c.

Quæstio Quarta : Annon nocivum quodque  
est peccatum ?

R. Est maximè nocivum, & plurimorum  
causa malorum, gravissimèque à Deo punitur.

Nimirum luxuria nocet omnibus,  
quæcunque chara habemus : nocet fortunis,  
corpori, animæ, à qua expellit Spiritum Sanctum cum omnibus donis, &  
è contra inducit cæcitatem mentis, inconstantiam,  
odium Dei, affectum præsentis, horro-  
rum futuri sæculi, &c.

Denique temporalem importat maledictionem & corporalem, vjde cit. cap. 3.  
cat. 7. in exhortatione.

Exempla. Ibid.

Quæstio Quinta : Quæ sunt remedia  
contra periculosum hunc morbum ?

R. Ut jbid, q. 6.

Q. III  
Annon  
grave pec-  
catum ?

Q. IV.  
Et noci-  
vum ?

Q. V.  
Quæ re-  
media ?

Quæ.

Q. VI.  
Opponi-  
tur casti-  
tas.

Quæstio Sexta: *Quæ virtus opponitur luxuria?*

R. Castitas, quæ est virtus, quâ anima & corpus munda servantur ab omni desiderio, & voluptate carnali.

Quotuplex est Castitas?

Triplex.  
castitas.

R. Triplex. Conjugalis, vidualis seu cœlibatûs, & virginalis.

Quæ  
motiva.

Quæ Motiva.

1.

1. Quia homines casti sunt habitacula Spiritûs Sancti, & capaces omnium donorum cœlestium. Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.

2.

2. Præmium in Cœlo.

3.

3. In reverentiam carnis Christi, & SS. Eucharistiæ, ita monet Sanctus Ignatius M. ep. 17.

4.

4. Exemplum Christi, qui fuit castissimus, & Apostolorum, qui eo ipso, quod à Christo ad sequendum vocabantur, tanto animo ad castitatem impellebantur, ut suas, quas habuerunt, uxores perpetuam deferrent, & continentiam perpetuam inviolatè custodirent, in alijs virritutibus non statim eos perfecit, in primâ vocatione autem in hâc perfectos reddidit.

Virginitas  
præcellit.

Præcipue verò excelluit virginitas, quæ virginis Angelis similes reddit, quæ mirâ ejus privilegia impetrat. In vita, sapientiam,

tiam, sanctitatem, revelationes: in morte solatia, apparitiones, post mortem incorruptionem, laureolam denique, gloriam & gaudia specialia in Cœlo. Quæ omnia historiæ & ipsæ probant scripturæ.

## Quæ praxes?

Quæ praxes?

1. Desiderijs carnis nullatenus immorari, sed mox opprimere, & velut scintillam statim eijcere.

1.

2. Fugere occasiones & causas, turpia colloquia, imagines, personas suspectas prudenter declinare.

2.

3. Animam sanctis meditationibus occupare, corpus jejunijs affligere.

3.

## RECAPITULATIO.

HÆc de Luxuria, summa est. (1.) Luxuria est appetitus inordinatus, &c. (2.) Peccant ergo per luxuriam, 1. qui, &c. (3.) Est peccatum Deo odibile. (4.) Et noxium. (5.) Remedia. (6.) Luxuria opponitur castitas, quæ est virtus, &c. Motiva, praxes.

## EXHORTATIO.

Discimus hîc charissimi primò, considerare quid sit luxuria, qui per illam peccant, &c.

H h

Discimus  
1. considerare,  
&c.

482. Caput V. De *Iustitia* Christ.

cent, & quàm frequenter, ex q. 1. & 2. &  
ex Cap. 3. Cat. 7. in Exhortatione.

2. Quàm  
grave  
fit, &c.

Discimus secundò considerare quàm  
grave & pestiferum sit peccatum. Ibid.

3. Am-  
plecti  
potius ca-  
stitatem.

Congruaque adhibere media. Ibid.

Discimus tertio, castitatem amplecti,  
corpùsque & animam servare illibatam,  
juxta q. 6.

HISTORIÆ.

Historias de Luxuria vide cit. cap. de sexto  
præcepto.

S. Xave-  
rius.

S. Xaverius à morte mansit incorruptus.

S. The-  
resia.

Brev. 3. Decemb. in 2. noct.

Item S. Theresia. Brev. 15. Oct. in 2. noct.

S. Tho-  
mas.

S. Thomas Aquinas mulierem impu-  
dicam titione fugat. Brev. 7. Mart. in 2. Noct.

